



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. Vnicus, de Cauponibus

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS XXVI.

De Cauponibus.

Articulus Vnicus.

De peccatis Cauponum.

1. **P**Eccant Caupones, qui cerevisiam vel vinum lymphatum aut varie mixtum, pro puro vendunt, vel dolose subministrāt.
2. Peccant qui mensuris iniquis sive diminutis, aut excessivo pretio Cerevisiam vel Vinum vendunt.
3. Peccant qui plus adnotant quam bibitum sit.
4. Peccant qui universaliter in cibis potibus, lignis ad ignem, & aliis huiusmodi injustitias committunt, ea occulte subtrahendo, immutando vel carius vendendo, tenenturque ad restitutionem.
5. Peccant qui Lenones, Meretrices, ludos alearum & chartarum, in suis tabernis sovent, quia eis imputantur peccata, que in ludis huiusmodi committi solent.
6. Peccant qui non tantum promunt potum

tum petentibus, sed etiam alliciunt ad potum, etiam si videant eos actu inebriari.

7. Peccant qui sustinent fures, latrones, grassatores viarum, & magis qui eorum furtis communicant, vel in ijs vendendis ac distrahendis cooperantur, quæ non tantum sunt peccata mortalia, sed tales etiam digni sunt morte temporali.

8. Peccant qui hospitantibus apud illos infideles sunt, non tantum eos non protegentes, sed permittentes, ut hospitem sarcinæ capiantur, hæc omnia & plura, in istis tabernis, tam in civitatibus quam foris ita communia sunt, ut vindictam foris clament, væ ijs quorum est invigilare ne fiat.

TITVLVS XXVII.

De Textoribus.

Articulus Vnicus.

De peccatis Textorum & Lanificum.

1. **P**eccant: qui Lanam præparant & vendunt adulterinam vel diminutam, pro bona, corruptam, pro integra, & eodem pretio, quo probatam venderent.

2. Pec-